

ol. lini vel

amygd. dulc. vel

chamom. coct. $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ — $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.

sacchari vel

mellis $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. vel huius loco

⊖ communis $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ — $\mathfrak{ij}$.

M. f. Clyster.

SECTIO XXVI.

DE

FORMVLA SUPPOSITORII.

§. 744.

Sicut omne medicamentum est vel simplex, Quotuplex sit suppositorium.
vel compositum §. 35, ita et suppositorium est vel simplex, vel compositum.

§. 745.

Cum suppositorium sit medicamentum Quænam suppositorium ingredi possint.
externum, plus minus solidum, variae figurae, quod ano intruditur §. 636. omne id ingredientis vice in supposito fungitur potest, quod vel per se, vel aliorum commixtione in eius formam redigi potest.

§. 746

Medicamentum simplex, hinc et suppositorium simplex, ex vno constat ingrediente Ingrediens suppositorii simplicis debet per se
§. 34. Iam omne id ingredientis vice in supposito fungitur potest, quod vel per se, vel aliorum commixtione in eius formam redigi

formae
suae ea-
pax esse.

digi potest §. 745. Qua de re ingrediens suppositorii simplicis, utpote quod unum tantum est, ita comparatum esse debet, ut per se, sine aliorum miscela, in eiusdem formam redigi possit.

§. 747.

Quanam
ingredi-
entia in
supposi-
torio
simplici
esse pos-
sint.

Cum ingrediens suppositorii simplicis ita comparatum esse debeat, ut per se, sine aliorum miscela, in eiusdem formam redigi possit §. 746, omne id ingredientis vice in supposito simplici fungi potest, quod per se, sine aliorum miscela, ad suppositorii formam recipiendam aptum est, et suppositorium simplex ex tali praeparari potest.

§. 748.

Recen-
sentur
ingre-
dientia
supposi-
torii sim-
plicis.

Eiusmodi suppositoria simplicia sunt ea, quae conficiuntur ex saccharo, in globuli vel conuli formam redacto, sapone Veneto similiter figurato, seuo candela, cereoli particula butyro illita, lardo loto, melle ad duritiem cocto, caule porri, caudula rapae, radice betae brassicae decorticata, debite formata, oleo vel butyro illita.

§. 749.

Fieri pot-
est, ut
quaedam
ingre-
dientia
supposi-
torii

Quamvis vero suppositorii simplicis ingrediens ita comparatum esse debeat, ut per se, sine aliorum miscela, in suppositorii formam redigi possit §. 746; nihilominus tamen fieri potest, ut quaedam suppositorii compositi in-
gre-

gredientia per se, sine aliorum miscela, in suppositorii formam redigi nequeant, atque hoc in casu aliis opus est, quae illis hanc formam largiuntur. Illa dicuntur *excipienda*, haec *excipientia*.

compositi in eiusdem formam per se redigi nequeant.

§. 750.

Excipientis vicem in suppositoio plerumque sustinet mel, adeam duritiem coctum, vt gutta marmoris instillata et frigesacta non adhaerescat, sed fragilis sit. Interdum sapo Venetus, vitellus oui, mucilago tragacanthae, vel saccharum tabulatum, vnguentum, emplastrum, loco excipientis adhibentur.

Quanam loco excipientis in suppositoio adhibeantur.

§. 751.

Excipiendorum in suppositoio composito vicem sustinere solent acria stimulantia, vt sal communis, gemmae, alumen, nitrum, ammoniacum, aloe, myrrha, sapo, massae pilularum purgantium, pulueres hellebori, trochisci alhandal, et id genus alia.

Quanam excipienda esse possint in suppositoio.

§. 752.

Si suppositorium ad vitia intestini recti propria corrigenda adhibetur, pro horum varietate materia ad id recipitur varia, vt detergens, balsamica, consolidans, emolliens, etc. atque haec vel sola, si fieri potest, vel alio apto excipiente, vnguento interdum, cerato, vel emplastro, in suppositorii formam cogitur, vel in vnguenti siue balsami spissitudinem

Materies suppositoriorum variat pro eiusdem vsu.

dinem redacta, carptis linteis, gossypio, vel lana excipitur, atque in globulum, glandem, vel turundam formatur, cui filum alligandum, foras propendens, quo ano immissa rursus extrahi possit.

§. 753.

De pro-
portione
ingredi-
entium
supposi-
torii.

Mutua ingredientium suppositorii compositi proportio determinari facile potest ex excipientis, excipiendorum, et ipsius pastae efformandae consistentia, singulorum virtute et suppositorii efficacia, quae desideratur. Si mel induratum excipientis vice in supposito fungitur, ad eius vnciam vnam recipiuntur excipiendorum scrupuli quatuor, vel Ziss . et si mollius excipientis loco adhibetur, pro rata excipiendorum quantitas est minuenda.

§. 754.

De dosi
supposi-
torii.

Dosis suppositorii magnitudine determinatur. Si forma suppositorii desideratur rotunda, modo pisi, modo nucis auellanae, modo glandis molem refert. Si conicae figurae adhibetur suppositorium, crassities digiti minimi eius, cui est applicandum, basis eiusdem determinat, eiusque longitudo sumitur duorum, trium vel quatuor digitorum transversorum. Materiae suppositorii quantitas variat pro eiusdem magnitudine, et a drachma vna ad sex, vel vnciam plerumque recipitur. Si applicatur suppositorium, hoc fit vel nude, vel oleo, siue vnguento idoneo, ante eius usum illinitur.

§. 755.

§. 755.

Specimen praebet

I. Suppositorium aluum sollicitans pro
adulto.

Rx. sal. commun. ʒss.
sapon. Venet. ʒj.
mell. coctū insp. q. f.

M. f. Suppositorium.

II. Suppositorium ad dolores ab haemor-
rhoidibus.

Rx. pulv. croc. ʒj.
opii crud. ʒss.
vngu. de linar. vel popul. q. f.

M. f. pasta, quae sindoni inclusa, vel cotto-
ne excepta, appenso filo sit pro supposito-
rio.



SECTIO